



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 3. Perduellionis pœnam incurrisse declarati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

§. III.

*Perduellionis pœnam incurrisse  
declarati.*

*Strada l. 7.*  
*Grotius An-*  
*nal. de reb.*  
*Belg. l. 2.*  
*pag. 29.*

Ceterum ambo ab illo temporis artculo longe tutius fore ducebant, i cauissam suam absentes, non vero præsentes tuerentur: prius tamen Oranius Princeps datis ad Maximilianum Cæfarem literis ejus, necnon Germanie Principum præsidium implorabat, eo fine, ut hi sua auctoritate Albæ Ducem ad componendam hanc litem inducere vellent: enimvero Cæsar, ac Principes suum Belgis præsidium minime denegabant, respondit tamen Albæ Dux, quod nihil ex propria sua voluntate, sed cuncta ex Regis jussu egisset, ac proin, quamprimum tempus, intra quod comparere jussi essent, expirasset, mox juxta potestatem sibi a Rege concessam declaraturus esset, quod Oranius Princeps, Ludovicus Nassauus ejus Frater, Culemburgicus Comes, omnesque alii antea citati læse Majestatis crimen incurrerint, eorumque bona proscripta censeantur. Eodem etiam tempore Dux Bredam urbem Oranius Principis imperio obnoxiam Hispano præsidio muniebat, Guilielmum vero natu majorem ejus Filium nonnisi tredecim annos natum a Lovaniensi Uni-

veris

versitate, ubi studiis vacabat, evoca-  
vit, eumque primo Antverpiam, & Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.  
postea in Hispaniam misit, ubi diu, nul-  
latenus tamen tanquam captivus, mora-  
batur, cum, prout obtendebatur, illum  
Religionis Catholicæ præceptis imbui  
necessarium esset.

## §. IV.

*Culemburgici Comitis ædes Albani  
Ducis jussu solo æquatæ.*

**C**ulemburgici Comitis poena usque ad *Strada l.7.*  
*Thuan. l.c.*  
ipsius Palatum extendebatur: il-  
lud enim, cum in eo Albæ Dux Bru-  
xellas veniens diversaretur, die vigesi-  
ma octava Maji funditus exscindi jussit,  
eoquod istud quondam Geuisii nominis  
natalis domus fuisset: porro illius ex-  
cidium erat decretum a duodecim - vi-  
rali Concilio. Postmodum in loco, in quo  
antea hoc palatum exstructum erat,  
lapidibus sternebatur excitata ibidem  
marmorea columna, cui in basi hæc  
quatuor linguarum inscriptio insculpta  
legebatur: „Ea in area ædes Florentii  
„Pallantii solo æquatæ sunt, ob execran-  
„dam memoriam repetitæ in illis conjuratio-  
„nis adversus Religionem, Ecclesiam Catho-  
„licam Romanam, Regiam Majestatem, ac  
„patrias Regiones..” Verum majorem ad-  
huc populis terrorem incussum fama, qua-  
nuntiatum, quod Montinii Baro ab

Q 3

Archि-